Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& erunt sicut aceruus lapidum in ruina. Quomo
do enim acerui lapidum qui in agris dispersi sunt
in unum tumulum conportantur. sic de uniuer
sis nationibus aceruus credentium conportatus est
in ruinam populi iudeorum. illis cadentibus. & no
bis surgentibus. De relictę quoq; ciuitates aroer idem
mirocon ecclesiasticis gregibus eorum. ut quas
iudei destruxerant. nos incolamus. siue destructa
idolatria. extruetur euangelium. hoc & nostris tem
poribus uidemus esse conpletum. sarapium alex
andrię. & marnę templum gazę. in ęclesias domini
surrexerunt. & ciuitates aroer euangelicis gregi
bus preparatę sunt. Aroer idest miricę nascuntur
in desertis locis. iuxta illud quod scriptum est in ma
ledictione eius hominis qui confidit in hominem.
& a domino recedit cor eius. Erit inquit quasi miricę
in deserto. & non uidebit bonam cum uenerit. sed
habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis
& inhabitabili. Alii dicunt. ex hac arbore male
ficis astibus michpa. idest odia concitari. Ergo
qui prius erant in deserto gentilium & in odio no
minis xpiani. xpi gregibus seruient. Qui requi
escent in eis. & non erit qui exterreat. quia dns